



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, 1613

Cap. 1. De electione, ac exercitio virtutis menstruæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)

# PARS QVART- T A

De exercitijs, & varia No-  
uitiorum disciplina.

*Cap. 1. De electione ac exercitio  
virtutis mensurae.*



Nitio cuiusque mensis, eli-  
get Magister virtutem vnā.  
qua Nouitiorum coetū ma-  
gis ad perfectionem promo-  
uendum existimat; & ad vniuersale  
certamen, eam proponet, sub verbis  
in Nouitiorum Instructione præscriptis.  
Ut, si (exempli causa) oculorum licenti-  
am inter fratres deprehendit, Virtutem  
modestiae colendam proponat: & in  
exhortatione eius virtutis amorem, &  
astimationem discipulorum animis in-  
generare conetur.

2 Monebit in mensis illi<sup>o</sup> decursu quo-  
ties ei opportunū videbitur, ne fratres  
virtu-



virtutem initio selectam, & commendatam obliuioni tradant: verum de illa paranda sæpe cogitent, & medijs appofitis vtantur.

3 Licet ad hanc virtutem designandam communis indigentiam ratio habenda fit: sæpè tamen temporis ratio habenda est: incidentibus nempe festis solemnissimis, atque coniunctis, quæ proprias mysterijsq; debitas virtutes exposcunt. Sic intra mensẽm occurrentibus festis Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, & alijs ad eandem proportionẽ Natiuitati Christi penè contiguis, curet Magister latiores virtutes assignare, quibus fratres simul festa lætissima celebrent, spirituq; proficiant.

4 Nauet operam, ne discipuli virtutis semel designatæ, atque ad culturam sub legitimo certamine propositæ ignari expertesq; remaneant: ponderetq; occasionem proficiendi à Deo oblatam, & nouorum militum captui attemperatam: qua, si ( vt decet ) vtantur, multiplices de virtutum agone coronas accepturi sint.

Cap